



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XV. Charta tracturia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

sessio, totum & ad integrum re in-
exquisita in commutatione, vel in
concamio. Simili modo vir magni-
ficus ille accepit ad opus suum aliā
rem in loco nuncupante illo, qui
est in pago illo, hoc est quod supe-
rius diximus totum, & ad integrum
re inexquisita, in commutatione
vel in concamio; Vnde duas episto-
las pariculas, vno tenore conscri-
ptas, manu eorum vel bonorum
hominum firmatas, inter se fieri, &
firmare rogauerunt, vt vnusquisq;
post hunc diem quod à pari suo in
commutatione, vel in concamio
accepit, teneat atque possideat, vel
quicquid.

XV. CHARTA TRACTVRIA.

DOmnis, sanctis, & Apostoli-
cis ac venerabilibus in Chri-
sto patribus, Regibus, Comitibus,
Episcopis, Abatibus, Sacerdotibus,

Clericis, vel omni populo Christiano; qui in Romanorum vel Longobardorum prouinciis, Deo seruiunt, tam in monasteriis, quam & in ciuitate, seu per pagos, vel per vicos, ego in Dei nomine ille Maior domus. Cognoscat magnitudo seu & sanctitas vestra, quod iste frater noster nomen ille, seruiens vester, petiit nobis vt ad basilicam S. Petri patris vestri, pro suis culpis, vel pro nostra stabilitate, valeat ambulare ad orationem. Propterea has litteras cum salutatione per ipsum ad vos direximus, vt in amore Dei, & S. Petri, ipsum ad hospitium recipiatis, ad benefaciendum, vel ad suam consolationem, tam ad ambulandum quam & ad intrandum, vt per vos saluus eat & saluus reuertatur, interim sicut vestra est consuetudo bona, vel consolatione, vel adiutorium ei impendere iubeatis,

latumque diem iubeatis habere.
Cuius potestas regnat in æternum,
ipse vos custodiat in regno suo per-
petuo, & salutamus vos omnes sa-
lutationes plenissimas.

XVI. DONATIO QUAM HO-
mo donat ad suam parentem.

Dilectissimæ atque amabili mi-
hi in Domino consobrinæ
meæ nomine illo, ego in Dei nomi-
ne ille. Dum & pluribus est perco-
gnitum, eo quod tu partibus meis
amabilia seruitia impendere nõ de-
sinis, pro tua bonitate, & pro eo
quod dictum est, faciamus bonum,
ad omnes, maximè autem ad dome-
sticos fidei, vel ad propinquos no-
stros. Igitur dono tibi à die præsen-
te per hanc epistolam donationis,
quæ in perpetuum sit mansura, &
de iure meo in tua dominatione
trado atque firmabo, id est mãsum